



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Corporale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

intra annum omnino soluatür pretium .
ibidem.

- 13 Si non extinguitur, adhuc semper extingui potest. *ibid.*
- 14 Neque pactum vllum fiat ob non extinctum censum. *ibid.*
- 15 Aliter creati census habeantur sceneratitij. *ibid.*
- 16 Res infructifera ea esse declaratur, que tota, vel ex parte infructuosa perpetuo redditur, non aliquibus annis. Pius V. 1570.
- 17 Neque prohibetur, quin possint repeti expensæ, quæ fiunt litigando contra morosum debitorem. *ibid.*
- 18 Neque prohibentur fideiussiones, aut hypotheca bonorum pro euictione rei grauata, censu, aut pro solutione census. *ibid.*
- 19 In casu dotis assignandæ, non est necessaria pecunia coram Notario, & satis est etiam idonea schedula bancaria pro pecunia numerata. *ibid.*
- 20 Censu super bonis Communitatum status ecclesiastici non possunt excedere septem pro centenariis. Clem. VIII. apud Nald. *V. Censu num. 15.*

Conuertita.

- 1 Constitutiones Conuertitarum feruentur. Trid. sess. 25. cap. 18. de Regul.
- 2 Numerus certus ne in ijs constituatur, nec habeat locum in ijs, quod loco dotis, alimentorum in alijs Monialibus est decretum Prou. 6.
- 3 In ijs recipiendis sufficit consensus maioris partis Capituli. *ibid.*
- 4 Item in ijs admittendis ad professionem. *ibid.*
- 5 Professio emittatur ea ætate, eoque temporis spatio, quibus iure communi liceat, aut earum statutis est cautum. *ibid.*
- 6 Quæ post annum probationis non sunt habiles ad professionem aut eam omittere recusant, è Monasterijs nisi causis iure permissis, ne eijciant; sed tempus Nouitatus prorogetur. *ibid.*
- 7 Neque eæ, quæ non sunt habiles ad officium, etiam si domus illa non egeat Conuersis, contra institutum repellantur. *ibid.*

V. Monialium clausura per totum.
Monialium educatio aeterna. num. 4.
Monialium cura temporalis. num. 19.

Corporale.

- 1 **E**X lino debet esse. *capit. Consulto de cons. dist. 1.*
- 2 Ex cannabe fieri potest Azor. *lib. 10. cap. 28. quest. 8.*
- 3 In extrema parte eiusdem addi potest fericum, & aurum. Suar. 3. p. *dist. 81. sect. 6.*
- 4 Crux acu pingi potest in anteriori parte. Acta Med. Eccl. *de sac. suppellect.*
- 5 Benedicitur vna cum palla. Pont. Rom.
- 6 Non debet tangi à laicis, nec à sacris sceminis. *c. Sacras. dist. 23.*
- 7 Neque lauari debet in vase communi. Ordo Rom.
- 8 Post primam lotionem potest tangi, & reparari à non sacris, antequam iterum adhibeatur. Syluest. *V. Corporalia. quest. 1.*
- 9 Post usum, & post lotionem non debet iterum benedici. *idem ibid. quest. 2.*

Curiales.

V. exempti. num. 3. 4.

Decima.

- 1 **S**oluantur integrè ab ijs, ad quos spectat Trid. sess. 25. cap. 12.
- 2 Qui eas subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec absoluantur, nisi plena restitutione secuta. *ibid.*
- 3 Euulgetur hoc decretum Concilij in Dominica prima Aduentus. Prouinc. 1.
- 4 Non potest Episcopus alicui concedere immunitatem à Decimis per viam priuilegij. Monet *de Decim. cap. 5. quest. 2. con. 1. 1.*
- 5 Potest remittere Decimas, maximè suæ mensuræ debitas ex iusta causa. *ibid.*
- 6 Item interponere decretum, & consensum in cõpositione super solutione Decimarum. *ibid.*
- 7 Decimarum ecclesiasticarum inuestituras in perpetuum factas laicis, sed maioris legitime, declarat irritas Episcopus in earum recognitione. Prouinc. 5.

8 Pri-